

GVARIMBERTVS

dirigendi uel gradus cum quo ipse significator mediat cœlum
 uel abyssum, ab angulo medi coeli si fuerit super terram, uel ab
 angulo mediæ noctis, si fuerit sub terra per modum superius di-
 ctum, post hoc scias gradus ascensionum, qui sunt inter gradū
 significatoris dirigendi, uel gradū cum quo ipse significator me-
 diat cœlum uel abyssum, & gradum planetæ uel stellæ ad quē
 uolueris dirigere, uel gradū cum quo ipse planeta uel stella me-
 diat cœlum uel abyssum in circulo directo, seu prima directio.
 Scias etiam gradus ascensionum, qui sunt inter gradum signifi-
 catoris dirigendi, uel gradum cum quo oritur significator diri-
 gendus, si fuerit in medietate orientali, & gradum planetæ uel
 stellæ ad quem uolueris dirigere, uel gradum cum quo ipse pla-
 neta uel stella oritur in circulo regionis. Sed si significator diri-
 gendus fuerit in medietate occidentali, operare per nadir gradus
 significatoris dirigendi uel per nadir gra. cū quo ipse signifi-
 cator occidit, & per nadir gradus planetæ uel stellæ ad quem
 uolueris dirigere, uel per nadir gradus cum quo occidit ipse pla-
 neta uel stella & gradus ascensionum circuli regionis, seu secun-
 da directio. Post hæc scias differētiam quæ fuerit inter has du-
 as directiōes, cuius differentiæ accipe sextam partem, et ipsam
 multiplica per horas longitudinis significatoris dirigendi ab an-
 gulo, aut totam differētiam multiplica per horas longitudinis
 significatoris ab angulo, & dictarum operationum adde super
 directionem primam, quæ fuit directio circuli regionis, uel ab
 ea minue si fuerit maior, & quod inde prouenerit serua, quia est
 quantitas directionis quæsitæ. Poteris etiam operari si uolue-
 ris per longitudinem significatoris dirigendi ab angulo ori-
 entis, aut ab angulo occidentis, nec differt hæc operatio ab ope-
 ratione præcedenti, nisi quia directio circuli regionis erit direc-
 tio prima, & directio circuli directi erit secunda directio. Et
 si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, operari de-
 bes per gradum significatoris dirigendi, et per gradum planetæ
 uel stellæ ad quem uolueris dirigere, aut per gradum cum quo
 utergz ipsorum oritur. Sed si significator dirigendus fuerit in
 medie